



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

XI. Athenis discedens Epheso iter habet,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

ORIGENIANORVM

IX. Neque sibi sane hac oblatā facultate defuit; beneficentissimi quippe hominis liberalitate usus, quinque priores Commentariorum in Iohannem Tomos, & initium sexti Alexandriæ hoc tempore, & ex Achaico, quod mox exponemus, itinere redux claboravit. Octo item priores in Genesim Tomos è duodecim confecit: Psalmos ad hæc exposuit viginti quinque priores, quamvis plures etiam subinde enarraverit, ut dicemus infra; & Ieronim quoque Lamentationes totis voluminibus interpretatus est. Additib[us] de Principijs, & ~~tempore~~ decem, quos eadem tempestate Alexandriæ composuit.

X. His intentum studii Origenem interpellarunt negotia Ecclesiastica, quorum gratia in Achaiam profectus est. Negotia illa qua fuerint, non expedit Eusebius; Bar. ad A. 230. N. 7. Baronius conjecturis reperi voluit; eaque de causa profectum in Greciam Origenem divinat, ut Nicopolitanæ Editionis circa hac tempora repertæ composuerit. Sed quorū ad excogitatas descendemus conjecturas, cum veritas ipsa palam extet? scribunt si-

Hieron. de quidem Hieronymus & Rufinus Achaiæ Ecclesiæ plurimis tunc Hæresibus fuisse vexatas; Somp. R. quibus expugnandis idoneum præ ceteris visum Origenem, eam illi causam in Greciam Ruffin. in proficieendi fuisse. Illuc vero accessitum ab Ambrosio non absurde quispiam suspicatur; nam Alexandria crebro abfusile Ambrosium constat & postquam inter eos necessitudo intercessit, Athenis fuisse, atque inde literas ad Origenem deditæ ex Hieronymo discere licet. Hæc quidem proponimus, non afferimus. Hinc etiam habita sibi Epiph. Her. 6. lib. 6. cum Hæresiarcha quodam concordationis exemplar ad amicos in Palestinam misit Adamantius, qui falsis de se, deque ea disputatione rumoribus occurseret. Athenis motam secille Origenem certum est, mox tempus incertum: rediisse tamen sequenti anno, vel C biennio post, inter Chronologos constare video. Evidenter non multo minus biennio itineris Achaii tempus fuisse existimo; nam & per Palestinam iter habuit, ibique moratus est aliquando, & spatium aliquod itione ac editione consumutum est, & in Achaias cum Hæreticis, velitando, & Athenis perlustrandis, scholisque Philosophorum frequentandis, quod ab eo factum testantur Epiphanius & Nicetas, & hoc commode referri potest) sit longum tempus contritum fuisse necesse est. Nec causæ est eur ex hac Nicot. Th. scolarum frequentatione alijud Atheniense iter ab Origenè olim adolescentie institutæ fidet tum configant Baronius & Petavius: nam ad Philosophos & Rhetores ibant cuiuslibet. 4. H. cuncte atatis homines, neque verisimile est Origenem Philosophie, reliquarumque Epiph. Her. 6. lib. 6. 64. c. 1. Bern. ad disciplinarum amore flagrantem, in ea degentem urbe quæ artium omnium inventrix D habetur, & in qua cum civium, tum advenarum præcipuum esset studium novi aliquid Petav. ad vel dicere, vel audire, atate fuisse abterritum quominus civitatis consuetudine ad exemplandam cupiditatem uteretur. Supra quidem observavimus testificari Porphyrium, ad 64. c. 1. Plutonum Romæ publice docentem aliquando accepisse Origenem quendam, alium ab Adamantio, Plotini aequalem, eoque conspecto vistum pudore Plotonum dicendi finem fecisse. Prius idem factum legimus à Tullio, qui octo jam & viginti annos natus, cum Roma esset biennum versatus in caufis, & jam inter primos Urbis oratores poneretur, Athenas tamen ad Antiochiam Philosophum, & Demetrium Rhetorem se contulit. Inde ad Asiaricos Oratores, ipsumque demum Molonem se applicavit. Quin & Antonij Gnesius. de phonis scholam frequentasse, etiam cum Praetura fungeretur, à Tranquillo proditum est. E illig. Gr. 4. Sane in hac Achaiaca remansione Nicopolitanam Editionem natum fuisse Origenem mat. cap. 7. credibile est: caufim hanc iuneri habuisse, non item.

XI. Digestum inde, Epheso transiit non præter verisimilitudinem credi potest. Scribit siquidem Origenes se aliquando Ephesi in Hæreticum quemdam incidisse, qui cum ne verbum quidem secum conferre sufficiueret, se tamen inde profecto confitam falsa disputationis historiam misisse ad discipulos, aliosque: at eum demum Antiochiae vanos falsæ victoriae rumores spargente, postquam illuc accessit, publice coarguisse, hominique vanitatem confutasse. Id si quis tum contigisse velit, cum vix in aliud tempus reici posse, facebo conjecturæ: sed & hic quoque judicium suum sibi unusquisque integrum habeat, nec omnes enim Origenis peregrinationes literis fuisse traditis existimo, cum ipse præsertim alicubi se multa terra loca peragrare doceat. Quæ hoc ergo loco, & alibi passim dubitanter proponuntur à nobis, si Lector accipiat tanquam meras conjecturas, aliqua, si forte, verisimilitudine conjunctas; solida nulla & constanti ratione subinxas.

XII. Prior autem quam Athenas veniret, arriperat iter per Palestinam, & Casareæ ab Episcopis supra jam commemoratis Theostisto, & Alexandro ad sacrum Presbyterij ordinem iacet proiectus. Priorisne jam ante suscepit ordines, necne, non liquet; facile equidem adducor ut credam per salutem, ut vocant, Presbyterum fuisse ordinatum, prout primævis Ecclesiæ temporibus in more positum fuit. Id tum contigit cum Antiochenæ Ecclesiæ regimem capessivit Zebinus, Christi nimirum 228 anno, Alexandri Se-